

Registrum

532

in apocalipsi redderetur dicere cristo: ego sum alpha et omega. Et hic est iohannes qui sciens superuuisse diem recessus sui: convocans discipulis suis in epheso. per multa signorum experimenta promens christum. descendens in defossus sepulture sue locum: facta oratione positus est ad patres suos: tam extraneus a dolore mortis quam a corruptione carnis inuenitur alienus. Tunc post omnes euangelium scripsit: et hoc uirgini debebatur. Quorum tamen vel scriptorum temporis dispositio. vel librorum ordinatio ideo a nobis per singula non exponitur ut sciendi desiderio collato et querentibus fructus laboris: et deo magisterij doctrina seruetur.

Explicit prologus. Incipit Registrum in euangelium Iohannis.

In principio erat uerbum et testimonium de christo perhibet iohannes baptista. phariseorum leuite interrogant iohannem. Iohannes iesum uidens agnum dicit dei. et andreas petro dicit: inuenimus messiam. Iesus dicit. nathanael uidi sub ficu.

Iesus uocatus ad nuptias et discipuli eius. de aqua fecit uinum. uendentes et numularios eiecit de templo. dicit: soluite templum hoc.

Iesus nicodemo dicit de baptismo et alijs multis. dicit qui credit in eum non diiudicabitur. qui autem non credit iam diiudicatus est. iesus in iudea baptizat. et iohannes in emnon. iohannes dicit christum crescere. se autem minuari.

Iesus cum muliere samaritana loquitur. prophetam in patria sua sine honore esse. reguli filium a morte suscitatur.

De piscana probatica sanat hominem triginta et octo annos habentem infirmitatem. dicebatur iudei sanato. non licet tibi tollere grabatum tuum sabbato. quecum-

que pater fecerit: hec et filius similiter facit. dicit iesus: quia uenit hora et nunc est quando mortui audiunt uocem etc. dicit iesus: iohannes est lucerna ardens et lucens scrutamini scripturas. dicit Moyses accusat uos. et si crederetis moysi crederetis forsitan et mihi.

De quinque panibus et duobus piscibus. et quod eum regem facere uoluerunt. iesus supra mare ambulat. Operamini non cibum qui perit. de manna et pane celesti loquitur: ego sum panis qui de celo descendi. recedentibus ab eo discipulis unum ex duodecim diabolum dicit.

Iesus in scenoplegia ascendit ad diem festum. dicitur iesu. demonium habes. de turba multi. credebant in eum clamat iesus si quis sint uentus ad me et bibat. cum ministris et nicodemis principes contendunt.

De muliere adultera. iesus lucez mundi esse se predicat. iesus interrogat principium se esse respondit. quod omnis peccator suus sit. et quod iesus ante abraam sit.

Cecum a natiuitate curat. iesus dicit: in iudicium in hunc mundum ueni. ut qui non uident uideant.

Qui non intrat per ostium in ouile. dicit: ego sum pastor bonus. potestatem habeo ponendi animam meam. Iudei dicunt: si tu es christus dic nobis palam. ego et pater unum sumus. susculerunt lapides iudei ut lapidarent iesum et exiit de manibus eorum.

De suscitatione lazari. collegerunt principes et pharisei concilium. Cayphas dicit: quia expedit ut unus moriatur.

Maria uixit pedes iesu. et extersit capillis suis. Judas fur erat et loculos habens. turba ex iudeis multa uenit. non propter iesum tantum. sed ut lazarus uiderent quem suscitauit a mortuis. turba que uenerat ad diem festum occurrir iesu sedenti super pullum asine

6

7

8

9

10

11

12